



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Catena Aurea**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**


**[S.I.], 1661**

Annulus IV. Virtus et Eruditio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7709**

ANNU<sup>II</sup>LUS IV.  
VIR<sup>T</sup>US ET ERUDITIO.

221



VIR<sup>T</sup>US ET DOCTRINA



Væ premium ex precio, non vulgi ex ore merentur  
Sub duplice clausis clavæ tenemus opes.  
Fabricat hanc Virtus, illam Sapientia : felix  
Ambas quisquis habet; juverit una parum.  
O Paderæ Princeps quam clavæ beatus utrāq; es,  
Ecce patet votis Orbis uterque tuis.

A L I V D.



Eus Puer, unde domo, quas quæris penniger oras?  
Quæ nova / sceptrà manus quæ nova regna ferūt?  
Signifer è Cœlo Paderani Præfulus adsum,  
Huic ego / sceptrâ fero, quæ fero / sceptrâ manu.  
Dexter a dat Lævæ, dat Dextræ Læva decorum  
Fura dat illa Polo: Fura dat illa Solo.



C 2

ER O.

## ERUDITA VIRTUS.



Omerus Jovi Catenam affinxit, quæ cœlum terramque conne-  
cteret: quam Iovi Homerus falso tribuit, verius  
iis tribuemus, qui sacra profanis, cœlestia ter-  
renis, virtutem literis conjungunt, nec induci  
se sinunt, ut aut neglectis literis solam virtutem,  
aut neglecta virtute solas contentur literas. Sci-  
unt, opinor, doctos, sed parum pios, majore  
suo periculo, quam aliorum bono literas tra-  
ctare; sciunt pios, sed parum doctos, sibi solis,  
& nulli prodesse alteri: ipsi majoribus aucti animis cœlum nolunt intrare soli,  
totam volunt post se terram trahere. Sola virtus se solam, non alios juvat, solæ  
literæ nec se, nec alios, Literata virtus & se, & alios beat. Sola virtus, quam-  
vis sibi sufficiat, mirabiles tamen à literis dicit vires: sine literis ignavam esse vir-  
tutem putas, cum literis vim roburque suum sine mora expromet. Equum vide  
quod dico, videbis. Singularis ambulat ille quidem, sed sibi ambulat, alligatus  
ad rotas, pari passu se, vectoresque impositos promovet. Navem vide sine re-  
mis, sine velis, it illa quidem, sed ægrè, instructa remis, instructa velis volat non  
ipsa solum, sed volant cum illa vectores quoque. Nihil solæ posunt rotæ, nihil  
soli aut remi, aut vela, nunquid solæ poterunt literæ? Coniunctæ cum equis rotæ,  
cum malo vela multum admodum efficiunt, plus virtus copulata literis, certè as-  
lactius facilisque efficit, quia illa ab extrinseco, à ventis, à fluctibus &c. mo-  
ventur ut violenta solent, virtus vero ab intrinseco se movet, ut spontanea.  
Verbo, illa vi, hæc voluntate animique impetu agitur. Illa in horas languidiora  
fiunt, hæc seipsa in horas vivacior evadit. Mira virtutis & scientiae unio, atque  
haud ideo, magisne mira sit, quam tot seculis mirantur Philosophi, corpus inter  
& animam unio: nam, uti corpus sine anima nihil, cum anima sentit, videt, au-  
dit, gustat, olfacit omnia, ita scientia sine virtute nihil, cum virtute tentat, audet  
omnia. Ut qui virtutem literarum animam dixerit, næ ille verum aut verosimi-  
le dixerit. Preciosiorem unionem nec terrâ, nec mari uspiam reperias.

Penes te esse unionem REVERENDISSIME & ILLU-  
STRISSIME PRINCEPS, non Paderana solum, sed omnes norunt  
Academias, in quibus studiorum causa versatus es: norunt quotquot dulcem pie-  
tatis succum anterioribus literis semper miscuisse norunt, atque Academias,  
non velut bonarum tantum artium, sed bonorum quoque morum  
palætas obiisse. Norunt viri pii, Doctique, qui suas TIBI,  
quibus TUAS inscripsisti lucubrationes,

\*\*

ANN V.